Iuvenal.

——— *Cophino fœnoque relicto,*
Arcanam Iudeæ tremens mendicat in aurem,
Interpres legum Solymarum & magna Sacerdos.
Qualiacumque voles Iudæi ſomnia vendunt.

An ſortes in Iſrael per Urim & Thumim?

Hinc Rab. Eliazer,& Raſchi fingunt ſortes, dum fiebant, datas per lapides Urim & Thumim. Nervoſè argumentum tractat, refutatque Serar. 1. p. in *Ioſue*, cap.9. à *quæſt*.23. & p.2. in *cap*.7. *quæſt*.16. Sortes igitur alij ſcribebant folijs ſiccis in ordine diſpoſitis, & unicuique ſignatis litterarum elementis. Collocantur ſubdio, cùmque ob levitatem quædam foliorum vento rapiantur: ex remanentibus combitatis, ſortem felicem, vel infauſtam concinnant. Hanc occupationem peſsimam dedit (permiſit) Deus filijs hominum. Prętermitto quæ in cera, cinere, herbis, numeris, quod totum ad Magiam pertinet; & videre poteris haud ſine faſtidio, apud Plin. *lib*.25. *cap*.9.& 10. *lib*.26. *cap*.4. Kirch. loc. cit. *cap*.2. & in *Obeliſc. Pamphil.* lib.2. cap.7. & lib.3. cap. 8. Maiol. d.§. *Eſt & aliud ſortium*. Delr. d. à lit. H. Bulenger. *lib*.2. *cap*.2. & Iſidor. lib.8. *Origin*. cap.9.

Quomodò ſortes per cavatas litteras?

Alij diverſis in arcis efformabant litteras, imponebantque ſuper, ſingulis granum frumenti, incluſoque intra circulum gallo galinaceo, obſervabant quæ grana capiebat, hiſque elementis coniunctis, artificioque collatis; efformabant dictionem vel ſemidictionem in ſortem. Exercuit Libanius Sophiſta, ut meminit Zonaras in *Valente*, Sozomen. *Eccleſiaſtic. Hiſtor*. lib. 6. & Socrates, *lib*.4. *cap*.19. ſed fraudatus à voto: etenim cum gallus voraſſet, quæ grana ſuper *Th,é,o,d*, erant; ſucceſſorem valens arbitratus eſt Theodorum, ſed Theodoſius ſucceſsit. Melius illi fuiſſet, ſi ſtudium adhibitum, ne moreretur in pago combuſtus ab hoſtibus.

Sortes per ſententias obvias apertis libris.

37 Sortes etiam fiebant apertis libris ſacris vel profanis; & quod primum occurrebat, habebatur pro ſorte. Sacra teſtimonia quaſi primo aſpectu quærere & eorum ſententias obſervare & meditari in obſervantiam; laudabile eſt: verùm in negotia ſæcularia à perfectione animarum aliena, imò ipſis nocua (quippe vana, ex curioſitate ſuperſtitioni proxima, potiſsimè ſpecioſo colore Religionis imbuta, uti dicuntur *Vaticinia Sacra, & Sortes Apoſtolorum*) prorsùs illicitum. Inter Romanos libri aperiebantur Sibyllini; & Numæ, omninò ſuperſtitioſi, ut ait Plutarchus in eo, & nos *Ephemer*.14. *Ianuar*. & 18. *Mart*. Aliquando volumina Poetarum, quippe ipſi afflati à Numine cenſebantur. Ovid. 6. *Faſtor*. v.5.

Ovid.

Eſt Deus in nobis: agitante caleſcimus illo:
Sedibus æthereis ſpiritus ille venit.
Eſt Deus in nobis, ſunt & comercia cœli:
Sunt etiam qui nos Numen habere putent.

Sortes Virgilianæ.

Subdit 3. *Amor*. Eleg.8. v.18. & 3. de *Art*. v. 549. Hac enim de cauſa, quia ex Virgilio ſumptæ, dictæ *Sortes Virgilianæ*. Adrianus vivente Traiano, concepit imperium, quia forte lectum in Virgilio 6. *Æneid*. v. 808.

Virgil.

Quis procul ille autem ramis inſignis olivæ
Sacra ferens? Noſco crines, incanaque menta
Regis Romani, primus qui legibus urbem
Fundavit: Curibus parvis & paupere terrà,
Miſſus in imperium magnum.

Ita Spartian. in *Adrian*. Refert Trebell. Pollio, Clodio Albino conſulente, exijſſe in Virgilio: *Tu regere imperio*. Idem auſpicante ſorte Alexandro Severo, dicit Ælius Lampridius in eo, ex eodem lib. v. 851.

Al. Lamprid.

Tu regere imperio populos Romane memento:
Hę tibi erunt artes, pacique imponere morem
Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Antequàm interficeretur à Maximino, ſortem tulit, uti idem refert:

Te manet imperium cœli, terręque, mariſque:
Te manet imperium, quod tenet imperium.

Idem in *Macrino*. Iul. Capitolin. de Gordiano Iuniore (quod ſæpe iterabat Senex) ex eodem ibidem Poeta, v.869.

Virgil.

Oſtendent terris hunc tantùm fata, nec ultrà
Eſſe ſinent: nimium vobis Romana propago
Viſa potens (Superi!) propria hęc ſi dona fuiſſent.

D. Claudius (ait in eo Trebell. Poll.) ex Virgilio 1. *Æneid*. v. 282. cùm de poſteris ſuis interrogaſſet, accepit:

Idem.

His ergo nec metas rerum, nec tempora pono.

Ex

Ex ſorte Homerica Socratem diem mortis ſuæ conieciſſe; affirmat Bulenger. lib.2. de *Sortib*. cap.1. Plura ſunt per vagam interpretationem occurrentium litterarum, ut illud quod refert Procop. lib.2. *Vandalor*. ex fœminis fatidicis: *G. fugabit B. & B. fugabit G.* Ideſt, Genſericus fugabit Bonifacium, & Beliſarius Gilimerem.

38 Sortes aliæ præparatæ erant à Sacerdotibus impoſtoribus. Ab oraculis quaſi ſpecimina expectantes accipiebant, & per ſigna accurrebant ad veteratores, ut ſortes darent clariores in concepta propoſita. Vide Natal. Comit. 4. *Mytholog*. cap. 10. Tradebantur ferè pueris & extra oracula, ut magis ſimularetur doli verſutià. Tibull. 1. *Eleg*.3. v.11.

Pueri interpretes ſignorum ſortiū.
Tibull.

Illa ſacras pueri ſortes ter ſuſtulit, illi
Retulit è trivijs omina certa puer.

Aliquando ex ſigno ſortium dato, veluti cùm ſuper menſas Deorum talos vel aſtragalos cum numeris imponebant; Vates interpretabantur ſortes. De ſuis queritur Propertius 4. *Eleg*.9. v.17.

Propert.

Me quoque per talos Venerem quærente ſecundos,
Damnoſi ſemper ſubſiliere Canes.

Belenger.
Sortes per talos.

Sors eſt ſignum datum conſulentibus Oraculum, quo exorſi Vates prædicant de futuris. Burlenger. d. Ita in fonte Apono (de quo mirà refert Claudian. *Epigr*.3. Lucan.7. *Pharſal*. à v. 193. & Caſsiodor. 2. *Variar*. Epiſt.39.) Tiberius de imperio cogitans, vel proximioribus Auguſto valentibus, talos iecit. *Cùm illyricum petens* (infit in eo Sueton. *cap*. 14.) *iuxta Patavium adiſſet Geryonis oraculum; ſorte tractà, qua monebatur, ut de conſultationibus in Aponi fonte talos aureos iaceret; evenit, ut ſummum numerum iacti ab eo oſtenderent: hodieque ſub aqua viſuntur ij tali.* Sors ergo revertebatur ad ſortem; quippe è ſignis vaticinabantur ſacerdotes, vel certa quædam cogitata erant præparata ad ſigna. In Apono, de ſe conſulenti præfato Didio Claudio, ut Trebell. refert ibid. ſors fuit:

Sueton.

Tertia dum Latio regnantem viderit ætas.

Virgil.

Ex Virgilio, 1. *Æneid*. v. 269. & cùm interrogaſſet factus Imperator, quandiù munere functurus; ſors ita emerſit:

Tu qui nunc patrias gubernas oras,
Et mundum regis arbiter Deorum,
In veteris tuis ibis novellis,
Regnabunt etenim tui minores,
Et Reges facient ſuos minores.

Trebell.

Patet, parata à ſacrificulis in ſortium expoſitionem carmina, poſt accepta ſortium ſigna; ut in motu (arte diaboli) apud Antium imaginum Fortunæ (uti refert Macrobius, 1. *Saturnal*. cap.23.) ad danda reſponſa; & inſignis Fortunæ Præneſtinæ, cuius ſignum in ſortem Alexandri Severi, cùm illi Heliogabalus inſidiaretur, fuit illud Virgil. 6. *Æneid*. v. 883. (notat Lampridius, d.)

Sortes Antiatinæ.

O miſerande puer! Si qua fata aſpera rumpas,
Tu Marcellus eris. Manibus date lilia plenis.

Virgil.

Quid Fortuna Præneſtina?

39 Quodnam fuiſſet oraculum, & à quo inſtitutum, Fortunę præneſtinæ ſub ſimulacris duarum ſororum (ſicut Dodonęum duarum columbarum) dicerem, ni feciſſem in *Ephemer*. 1. Ianuar. n.17. Maiolus aſſerit quò ſupr. Fœminæ pulcherrimæ eſſe imaginem habentis in gremio puerulus Iovem ac Iunonem; ſed communis ſententia eſt, fuiſſe duarum fœminarum. Alex. ab Alex. *lib*.1. *cap*. 13. Bulenger. d. *cap*. 1. Cicer. 2. de *Divination*. Statius 1. *Silv*.3. v. 70. *Præneſtinæ poterant migrare ſorores.* Quæ quidem appellatæ *Veridicæ* à Martiali, *lib*. 5. *Epigram*.1.

Seu tua veridicæ diſcunt reſponſa ſorores.

Martial.

Suetonius de Tiberio, *cap*. 63. infit: *Vicina Urbi oracula etiam deijcere conatus eſt; ſed maieſtate Præneſtinarum Sortium territus, deſtitit, cùm obſignatas devectaſque Romam, non reperiſſet in arca niſi relata rurſus ad templum.* Ex his patet, ſortes ſchedulas eſſe ſeu chartulas ſedulò in arca, ſeu ſcrinio cuſtoditas.

Sueton.

Quales eius ſortes?

De ſignis varijs ante adventum Annibalis in Italiam ait Titus Livius *lib*.22. *ſect*.2. *Præneſte ardentes lampades cœlo cecidiſſe, &c. cœlum findi viſum velut magno hiatu, quàque patuerit, ingens lumen effulſiſſe: ſortes ſuà ſponte attenuatas, unamque excidiſſe ita ſcriptam: Mavors telum ſuum concutit.* Sortium extenuatarum etiam meminit, *lib*. 21. à *ſect*. 17. Abreviator Livij ita cogitat: *Sortes, quæ Præneſte aliquando attenuatæ dicuntur; teſſerulæ fuerunt roboreę, priſcis inſcriptæ litteris, & oraculis quibuſdam conſignatæ, quorum unum erat huiuſmodi:*

Tit. Liv.

Quid, quòd extenuatæ?

Ma-

Mavors telum ſuum concutit. *Quas teſſelas cœlo lapſas alias, alias è ſaxo, aut terra enatas ferrent. Eas porrò attenuari, hoc eſt, ita ſua ſponte minui; ut loculis, quibus erant inditæ, exciderent, aliquando proditum eſt, & loco prodigij habitum.* Longè aliter cogitat

Iuſt. Lipſ.

Iuſtus Lipſius, 2. *Elector.* cap. 12. igitur pro attenuatione aut extenuatione legit extæniationem. *Sortes* (infit) *taleolæ ſunt, aut ſurculi è ligno, non grandes; quibus litteræ ad divinandum inſcultæ, ſive notæ: hæ privatim habitæ, hæ publicè. Quæ in publico, in primis religioſæ cenſebantur, & in templis, & quadam canà veritate ſacræ. Itaque ſanctè & religioſè in ipſis templis habebantur, in arca reconditæ: & niſi fallor, tænijs vittiſque laneis ſeorſum involutæ. De arca Cicero, qui eam ex olea fuiſſe pluribus verbis narrat. De vittis quidni ſuſpicer, cùm hunc cultum & velamen adpoſitum ſciam omnibus ſacris? quas paris manibus evolvi ſolent, cùm promerentur ad conſulentium uſum. Hoc nunc igitur Livius narrat iurè ut prodigium, ſortes eas ſpontè evolutas, & (uno proprioque verbo) extæniatas eſſe; tamquàm ſi fortunæ ipſius manu ſparſæ & iactæ, ad grande aliquid prædicendum.* Subſcribo cogitationi, & volupè, quippe eximiæ congruentiæ. Vide Plutarch. in *Marcell.*

40 Hinc liquet impoſtura ſacerdotum, qui priùs concinnaverant in chartis brevibus ſortlum excogitatas ſententias, eductas arte fortunam conſulentibus, quas pòſt plaudebant tamquàm oracula. Pueri manu exteniatæ movebantur huiuſmodi ſortes; *ſed voce interdùm* (ſubdit Bulenger.) *reſponſa Præneſte dari, ut ſæpe contigit Domitiano:* de quo Sueton. in eo *cap.* 15. *Prænestina Fortuna toto imperij ſpatio annum novum commendanti, lætam eandemque ſemper ſortem dare aſſueta; extremo triſtiſſimam reddidit, nec ſine ſanguinis mentione.* Alludit locus Iſaiæ in ornatum menſæ Fortunæ, atque tempus; ut ſortem felicem promeret in ſequentem annum. *Vos qui dereliquiſtis Dominum, qui ponitis Fortunæ menſam, & libatis ſuper eam.* Hieronym. hic: *Eſt autem conſuetudo* (inquit) *in cunctis urbibus, & maximè in Ægypto & Alexandria; ut ultimo die anni, & menſis eorum qui extremus eſt, ponant menſam refertam varij generis epulis, & poculum mulſo miſtum; vel præteriti anni vel futuri felicitatem auſpicantes. Hoc autem faciebant & Iſraelitæ, omnium ſimulacrorum portenta venerantes, & nequaquàm altari victimas, ſed huiuſcemodi menſæ Liba fundebant.* Placentas oblatas ab eis Reginæ cœli, queritur; *Ierem.* 7. 18. Ideo præparabant menſam. Aliter Pauſanias, *cap.* 233. *Oraculi ſortes capiuntur ex tabula per talos: qui conſultum venere, deprecatione ad ſignum peractà, votiſque nuncupatis, talos ex ea, quæ in promptu eſt copia, iaciunt quatuor ſuper menſam. Inſcripti ſunt certis notis tali ſinguli; earum illi notarum interpretationem* (*ſimilitudinem ſecuti*) *requirunt.* At interpretationem confictam ad lubitum ſacerdotum, in quæſtum.

Voce & ſcripto reddebātur.

Sueton.

Iſai. 65. 11

Quænam & quorsùm Fortunæ mēſa?

Pauſan.

41 A litteris Alphabethi ſurrexit ſupeſtitio ad cœleſtem librum, nimirùm firmamentum ſtellis, tamquàm characteribus ſcriptum. De hoccine delirio egimus ſignantes Hebræorum Cabalam ex Kircher. *Oedip. Copt.* Tom. 2. p. 2. claſſ. 7. cap. 7. ubi ſignat characteres figurarum huius libri, & quid erga illius dictiones effutiverint Hebræi. Quapropter in arcis, ſeu loculis fingebant arte caſulas, in quarum laterculis (uti in rota ludicra attributa Venerab. Bedæ, de qua egimus, *Tom.* 1. *T.* 3. *n.* 17.) & Kircher. d. *cap.* 9. cum refutatione ſcribebant: *Mors, Vita; Felicitas, Calamitas; Morbus & Sanitas;* & alia futilia. Vide huius virulentæ farinæ plura apud Maiolum & Delr. d. Numeris etiam ducebantur, in quibus latere arcana geſtiebant (quod Pythagoricum: vel litteris, ſignantes pe illas ſigna vel conſtellationes, faventes, vel adverſatrices: v. g. per *A.* Arietem, propitium; per *B.* Taurum, adverſum; per C. Canem, infauſtum; per *D.* Venerem, Planetam commodum; &c. Kircher. in *Magia hieroglyph.* claſſ. 11. cap. 7. §. 1. *Veterum Ægyptiorum* (ait) *divinatoria rota erat, qua in templis utebantur, de rebus dubijs, eventibuſque conſulturi. Sic autem procedebant. In circunferentia rotæ, circulo quodam varia hieroglyphica animalia effigiabant cum indice immobili: quam rotam* (*adiuratione & invocatione Numinum peracta*) *vertebant; & ſymbolum, quod ſub hoc indice quieſcebat, illud Numen eſſe credebant, quod ad obtinendum quod deſiderabant, invocare deberent:* uti ſub Ibide Mercurium, ſub Cynocephalo Lunam, ſub Siſtro Iſidem, ſub Cane Anubim, ſub puero Horum, ſub Ariete Ammonem, ſub leone Mytrham, ſub columba Venerem, & ſub ſcarabæo Oſiridem. Siccine alectriomantia Ægyptiorum: quam æmulati Hebræi ſub nomine *militiæ cœli*, ut aſpectibus propitijs faverent illorum deluſorijs ſortibus, offerentium *placentas Reginæ cœli* (Hieronym. *Militiæ cœli*) & per illam in viciſsitudine rerum ſublunarium pateret ianua ad felicitatem. Inolevit ſine pudore huiuſmodi ſuperſtitio, ita

Sortes per numeros & ſigna cœleſtia.

Kircher.

Rota Aſtronomica Ægyptiorum ad ſortes.

Ierem. 7. 18.

ut Deus Prophetæ diceret: *Nonne vides quid iſti faciant in civitatibus Iudà & in plateis Ieruſalem?* Sub nomine Triviæ, ſeu Hecates culta etiam fuit. Ritus videris in *Ephemer.* 1. *Ianuar.* à n. 21. Apud Græcos, ut refert Apollodorus lib. 1. *n.* 20. de *Dijs*, erat etiam obſervatio ſub huiuſmodi rota, igitur favente Fortunà, cœli Reginà, *in quodam ſpecu a Melampo aliti fuere ſerpentis catuli, qui adulti facti, ab utroque humero aſtantes, aures linguis purgabant: ipſe exurgens territus, voces avium ſupervolantium intelligebat; & ab his doctus hominibus futura prædicebat.* Scholiaſtes Euripidis in *Hecuba*, inſaniam aſtruit, narrans de Heleno & Caſſandra, *Cùm in templo Apollinis eſſent, ſerpentes aures eorum adlambentes, adeo acuti auditus effecerunt, ut ſoli conſilia Deorum audirent.* Præclarum facinus! Vide dicta, *Tom.* 5. *T.* 7. *n.* 36.

Verſ. 17.

Apollon.

Unde ſilla inte ligentia ſermonis volatilium?

42 Frequentiores apud varias nationes ſortes ex virgis. *Scithæ per lignum Myricæ vaticinabantur, & per alias multas aliorum arbuſtorum virgas; quod genus vaticinij à Medis etiam ſervari ſolitum:* ait Natal. Com. 4. *Mytholog.* cap. 10. *Inter illos* (inquit Herodotus *lib.* 4. n. 17.) *permulti ſunt vaticinatores, qui pluribus virgis ſalignis divinant ad hunc modum. Grandes virgarum faſces cùm attulerint humi poſitos diſſolvunt, ac ſeparatim ponentes earum ſingulas, vaticinantur: ad hæc vice verſa virgas prehendunt, ac rursùs ſigillatim componunt. Hæc eſt illis tradita a maioribus divinatio. Androgyni aiunt ſibi è Venere traditam divinationem tiliæ fronde. Tiliam ubi quis trifariam ſciderit, digitis ſuis eam implicando, ac reſolvendo tractat; atque in hunc modum vaticinatur.* Amian. Marcell. *lib.* 31. aſſerit virgas rectiores à fœminis collectas, præſtitutoque tempore ſeparatas, ſecretò murmure affectas, manifeſtè indicare quid portenderint. Meminit etiam Bulenger. de *Sortib.* cap. 2. ac de *Divination.* lib. 3. cap. 26. in 2. part. *Indiæ Oriental. Icon.* 28. legitur: *Chinenſes idolum adeunt, colligantque duo ligna, quorum utrumque ex una parte planum, ex altera rotundum ſit: ea ſortes exploraturi, in altum proijciunt: quòd ſi ambo in planum latus decidant; omen fauſtum erit. Si verò alterum in planum, alterum in convexum decidat; malum erit. Unde idolo multis votis ſupplicant, ut id fauſto nutu ſecundet. At ſi ulteriùs ligna inæquali poſitu procidant, indignantur idolo; ſupplicant tamen rursùm, lignaque tertià vice experiuntur: quæ ſi tertia vice infauſto poſitu proiecta ſunt; pedibus idolum proterunt, adiectumque in mare, aut in ignem datum comburunt ex parte: ſive etiam tandiù verberibus mulctant: donec ligna optato iactu in planum cadant: quo quidem facto, idolum in locum ſuum reponunt, excuſantes ſe, & hoſtias opimas offerentes.* Videtur huiuſmodi articulus compar cogitationi inopis quærentis ab idolo magnis precibus divitias: quas cùm non elargiretur, qui adoraverat egens, intumuit ſupra Numen, relicta humili voce, & quo caput perfregit arrepto lapide. Quid? mirum: aureis erat plenum, quos illicò ſparſit, ut caput fregit. *Benè res ſe habet* (dixit iam dives) *neſciebam modum in cultum.*

Nat. Com

Sortes per virgas.

Herodot.

Per ligna.

Pigafett.

43 Ioann. Pined. *in Monarch. Eccleſiaſtic.* lib. 21. cap. 27. §. 4. refert ex Haytono, & Paulo Veneto, Regem Tartarorum Chinchium ſolicitum de pugnæ exitu in bello adverſus Uncham Regem Æthiopiæ (vulgò, Preſte-Ioan) iuſsiſſe Magos, vaticinari de eventu. Promiſſerunt, & ſiſsà arundine, ſinguliſque eius portionibus inſcriptis ſingillatim nomine Rehum; proiecerunt in terram: illicò mutuò ſurgentes & cadentes pugnabant in continuò motu, quouſque fragmentum eius, quæ Tartari, prævalens ſuperpoſitum fuit fragmini ſcripto nomine Uncham. Ita in exitu, victoria avolavit ad Chinchium. Maiol. *Tom.* 7. *colloq.* 1. ad ſortem cognoſcendam Ethnicos uſos ſecuri compacta ligno, ac ex eius motu cognoſcere, à quo felicitas vel infelicitas adveniebat; ſicut apud Munſter. 5. *Coſmograph.* cap. 96. virgis cognoſcebatur quis ex ſubditis cauſa ægritudinis Scytharum Regis. Maffeus *Hiſtor. Indic.* lib. 6. confirmat morem Chinenſium relatum à Pigafetta *num.* anteced. & Sherlog. lib. 1. *Antiq. Hebraic.* diſſert. 4. ſect. 10. n. 77. Nicolaus 1. de *Reſponſ. ad Conſult. Bulgar.* cap. 77. refert & proterit huiuſmodi ſuperſtitionem. *Græcorum quibuſdam codicem accipientibus in manibus clauſum; unus accipiens parviſſimam ligni partem, hanc intra ipſum codicem condat: & ſi undecumque aliquà vertitur, per hoc affirment, ſcire ſe poſſe, quod cupiunt.* Vid. Concil. Antiſidiorenſe ſub Gregor. V. *Canon.* 4.

Pined.

Per arundinem.

Per ſecurim

Innocēt. I.

44 Hebræi harum vanitatum obſervantiſsimi fuere. Dicit Oſee Dominus: *Populus meus in ligno ſuo interrogavit, & baculus eius annunciavit ei.* Hieronymo videtur, alluſionem fieri ad ſortes ligni ſagittarum vel iaculorum, de quibus, *numer.* 46. Sanctius hìc *n.* 61. aſſerit lignum ſumi pro idolo, quod frequenter ex ligno, ut uſquequaquè in ſacris. Plurimis placet Dominum loqui de ſortibus iactis per ligna aut virgulas, quibus Magi

Oſee 4. 12

Per baculum.

frequenter in ſacrificijs ad vaticinia utebantur; uti aſſerit de Perſis, Rhodigin. *lib. 7. cap.29.* & de Romanis per lituum, bacillum reflexum, baculi adinſtar, Plutarch. in *Romul.* & Cicer. 1. de *Divination.* Quapropter explicans quid illud lignum interrogatum, addit: *Baculus eius annunciavit ei.* Ex augurali ſcientia & divinatorio ritu venditabant varia ac mirifica portendi ex inclinatione, motu ac ſitu multiplici cadentium virgarum. Unde celebritas apud Romanos 5. *Ianuar.* de inventione litus & ſceptri Romuli. *Sumptis duabus virgis* (ait Delr. 1. Tom. Adag. 835.) *quædam arcana muſsitabant: ſic illa verborum incantatione faciebant, ut energia diaboli inclinarentur, & flecterentur virgæ: tunc obſervabant in quam partem ſe flecterent, utrùm ad dexteram, an ad ſiniſtram.* Theophylactus hìc: *Virgas duas ſtatuentes, carmina quædam admurmurant: deinde virgis miniſterio dæmonum cadentibus, conſiderant quònam utraque cadat, retrorsùm, an antrorsùm, ad lævam, aut dextram; ſicque tandem reſponſa dant inſipientibus, virgarum caſu pro ſignis uſi.* Maiol. loc. cit. §. *Palomantia*, & Delr. Diſq. d. liter. O. inquiunt ex Moyſe Samſenſis in *Explication. præcept. negativ.* 52. *Decorticabant bacillum ligneum uno tantùm ex latere tum in aërem proijciebant: ſi fortuito caſu, primo iactu apparuiſſet ſuperior pars decorticata; ac ſecundo iactu ſuperior pars adhuc veſtita; proſperum ſucceſſum augurabantur: ſin econtrà, primùm pars veſtita, infelicem. Si utroque iactu veſtitum, vel nudatum latus ſuperius fuiſſet, miſtum ſucceſſum ſibi pollicebantur.* Ex his dimanabat pòſt incantatio, quæ fiebat, dum ligna diſecta in ſortes, iterùm coibant, & vaticinata aſtruebant. Unde Septuagint. in illud Deuter. 18. 11. *Nec incantator*, legunt: *Veneficus incantans incantationem.* Maluend. *Aſſocians ſocietatem, iungens iunctionem.* Theodoretus non in conſultoribus; ſed in ſacerdotibus embolium invenit: quapropter inquit: *In augurijs interrogabat, & in virgis ſuis annunciabant ei. Nonnulli per auguria & ſigna quædam, agenda noſcere exquirebant, alij virgis quibuſdam fraudis adiutricibus uſi, quę volebant enunciabant.* In hoccine propoſitum Hebræi invenerunt arborem illam Cabaliſticam, quam vocant *Sephiroth*; de qua Kircher. in *Cabal. Hebr.* cap. 9. & Arabes arborem ramorum vigintiquatuor, diſtinctorum punctis ad elementa, Planetas, Signa ac Lunæ manſiones ſpectantibus, ſeu alludentibus; uti ſpeculis cunctorum ad fortunæ ſortem.

Delr. — Theophyl. — Rab. Moyſ. — *Incantatio lignorum pro ſortibus qualis?* — Theodoret.

45 Videſis figuram apud eundem in *Magia Hieroglyph.* cap. 10. ubi etiam ad ſortes refert librum Turcicum divinatorium, titulo *Giafar.* in quo pro felicitatis vel infelicitatis cognitione, ſeu præſcientià, legitur: *Sors Giafari Elſadek* (*Elſadek*, ideſt, veracis) *Accipiatur lignum quadratum, & ſcribantur iſtæ quatuor litteræ: H. D. B. A. Proijce illud tribus vicibus, & quære litteras quæ exeunt in locis ſuis, & invenies ſub ipſis quod quæris.* Ad virgas etiam reducitur ſors per ſagittas frequens apud Babylonios, cuius meminit Ezechiel; *Stetit Rex Babylonis in bivio in capite duarum viarum, divinationem quærens: commiſcens ſagittas, interrogavit idola, exta conſuluit. Ad dexteram eius facta eſt divinatio ſuper Ieruſalem.* Nonnulli haud ad *Rabdomantiam*, ideſt, per virgarum, ſeu haſtilium illarum divinationem, ſed ad *Gaſtro*, vel *Catoptromantiam*, hoc eſt, divinationem per ſuperficiem corporis terſi, lævigati, vel ſuaptè lucidi, ut cryſtalli, ſpeculi, aquæ & cætera id genus, videnda apud Ioann. Salisberienſ. *lib. 1. cap. 12.* Apuleium Apolog. 1. Spartian. in *Didio Iulian.* Pauſan. *cap.* 109. 228. & 268. Hanc ſimulaſſe Ioſephi miniſtrum pro ſcypho, in cuius ſplendore lævoris herus augurabatur; cogitat Bulenger. lib. 3. de *Divinat.* cap. 7. Pariter non miſsione aut miſtione ſagittarum divinationem à Nabucho factam arbitrantur; ſed in lævore lucido, ſplendenti ſagittarum ſpecies à dæmone obiectas, ex quibus coniectores aſſerebant futura; ſicut de peritis in Magia dicitur, in unguæ pollicis ſiniſtræ manus videre, quæ longè fiunt, vel futuros eventus. Vatabl. in propoſitum, legit: *Nabuchodonoſor in bivio polivit ſagittas.* Septuag. *Ut faciat ebullire virgam*: vel ut diximus, *num.* 43. vel ex plendore, frequenter lucis varietate, oculis tremulo. Utuntur dialecto Hiſpani: ſiquidem vaſa argentea lævore rutila, appellamus *Tembladeras.*

Kircher. — *Superſtitio in ſorte Giafar.* — Ezech. 21. 21. — *Sors per ſagittas & earum terſitatis ſplendorem.*

46 Hieronymus hìc exponit textum apprimè: *Cùm venerit Rex Babylonis per deſertum & ſolitudinem ad bivium terræ Arabiæ, quæ appellatur Filiorum Ammon; quarum una via Hieruſalem ducit ad dexteram partem, ſiniſtra verò ad Rabbath filiorum Ammon, quæ eſt civitas Metropolis, & hodie Philadelphia nominatur. Memor, inquit, interfectionis, quę accidit Regi Aſſyrio, quando centum octoginta quinque millia una nocte ſunt cæſa* (inter Rabbinos vulgare, ibi fuiſſe Merodac, & Nabuchum comites Sennacherib; ſed cladem evaſiſſe cum alijs octo, de quo in *Ephemer.* 22. Martij, n. 4.) *formidavit ad partem dextram declinare, & ire contra munitiſsimam Hieruſalem; ſed ſtabit in ipſo compito, & ritu gentis ſuæ oraculum conſulet, ut mittat ſagittas ſuas in pharetram & commi-*

Hieronym. — *Modus ſortis per ſagittas.*

ſceat eas inſcriptas, ſive ſignatas nominibus ſingulorum, ut videat, cuius ſagitta exeat; & quam prius civitatem debeat oppugnare. Ad dexteram facta eſt divinatio eius, ut pergeret contra Hieruſalem. Alapide hìc refert modum. *Uni ſagittæ inſcribens nomē Rabbath, alteri nomen, Ieruſalem, deinde commiſcens eas in pharetra, & clauſis oculis unam educens ſorte diſceret, eò ſibi eſſe eundum, cuius nomen illa continebat.* Salinas, Tom. 1. in *Ionam*, cap. 1. quæſt. 45. num. 6. ridet *Cauſis oculis.* Menoch. de *Reipubl. Hebr.* lib. 4. cap. 3. quæſt. 5. *Earum unam* (inſit) *puer aliquis, neſciens quid illis eſſet inſcriptum, extraxit: & Ieruſalem nomen egreſſum eſt.*

Alapid.

47 Hebr. pro *Miſcens* legit: *Iaciens ſagittas*, quaſi in altum vibrans, aëre ductas obſervaret quorsùm vergerent: ad dextram, quò Ieruſalem; vel an ad ſiniſtram, quò Rabbath. Sanct. hìc, *num.* 47. Arbitror idem fieri cum ſagittis, ac agebatur ad bellum cum virgis, ſive tabellis; uti diximus, *num.* 43. *Hoc eſt genus divinationis, ubi ſcilicèt ſagittæ vel baſtulæ commiſcentur, & diverſis eventibus & nominibus inſcribuntur & poſtea caſu levantur, & quæcumque occurrunt, ad illius omen actus diriguntur.* Albert. Mag. in loc. cit. *Oſee.* Nabuchus non priùs exta victimarum conſuluit, & idola interrogavit, pòſtque virgas ſeu ſagittas miſcuit; ſed cum ad dexteram facta eſſet divinatio in Ieruſalem; an firma eſſet ſors per aruſpices inſpexit exta, atque per Magos oracula: unde cum à Domino ſortes temperarentur in Ieruſalem ſupplicium (uti videbimus, *num.* 51.) cuncta in idem convenerunt, vaticinantibus ſacerdotibus furore plenis, de exitu fauſto è ſorte felicitatis. Plena huiuſmodi delirijs fanaticorum vaticinantium Ethnica pagina; præ cunctis deſcribit Virgilius, 6. *Æneid.* à v. 45.

Albert. Magn. — *An pugna illarum & contemptione energià diaboli.*

Ventum erat ad limen cùm virgo poſcere fata
Tempus, ait, Deus ecce Deus. Cui talia fanti
Ante fores, ſubitò non vultus, non color unus,
Non comptæ manſere comæ; ſed pectus anhelum
Et rabie fera corda tument: maiorque videri,
Nec mortale ſonans, afflacta eſt Numine quando
Iam propiore Dei, &c.

Virgil.

Vide dicta *Tom. 6. T.* 5. n. 22. Hebræi cum viderent modum in ſortibus Gentium, citò didicerunt opera eorum. *Applicabant enim ſe* (ait Cyrill. Alexand. lib. 1. in *Iſai.* v. 17. cap. 2.) *divinationibus & falſis vaticinijs; & ab his qui idolis addicti erant ac devoti, futurorum notitiam quæſiverunt.* Proh dolor! Haud obliti quæ ſemel didicerunt. Sunt quibus ſuperſedeo, alia multa, pertæſus inutilia ac faſtidioſa ſuperſtitione argumenta.

Cyril. Alexandr.

48 Aliæ ſortes divinæ ſunt, ut per illas clam nec ſit voluntas Dei; ut in ſortibus Acham, *Ioſue*, 7. 14. in diviſione terræ ſanctæ. ibid. 1. 6. Capri emiſſarij. *Levit.* 16. 8. Electionis Saulis in Regem, 1. *Reg.* 10. 20. Gullæ Ionathæ. *cap.* 14. 42. Miniſtrorum in officia Sanctuarij. 1. *Paralip.* 24. à v. 5. 2. *Eſdr.* 10. 34. & *Actor.* 1. 26. in aſſumptione Mathiæ ad Apoſtolicum munus. Frequenter enim oratione ad Deum præmiſsà, ut fiat ſic quod fieri vult, & vel animos illuminet, & aliquà internà inſpiratione inflammet; vel ut iudicium externum demonſtret, ut dicit erga inſthanc electionem Dionyſius. *Videtur mihi Scriptura ſacra* (inquit de *Eccleſiaſtic. Hierarch.* p. 3. cap. 5.) *ſortem appellaſſe divini quiddam, & præcipui muneris; per quod illi choro ſacratiſsimo inſinuaretur, quis eſſet divina electione declaratus.* Unde *cecidit ſors ſuper Mathiam* etiam poteſt intelligi ſignum præſentibus ſpectabile, quo cognoverint, illum eſſe à Domino electum in ſublime miniſterium Apoſtolicum. Etiam internà inſpiratione monitos fuiſſe, ſuper quem vidiſſent hoc vel illud ſignum, eum eſſe ab Apoſtolis eligendum; uti dictum internè Præcurſori de Chriſto: *Super quem videris Spiritum deſcendentem & manentem ſuper eum; hic eſt. Vidi Spiritum deſcendentem quaſi columbam de cœlo, & manſit ſuper eum.* Ioann. 1. à 32. Iuxta Rabbinos, ſplendore vultus demonſtravit Deus Davidem, ut à Samuele eligeretur in Regem: *Ait Dominus: Surge & unge eum, ipſe eſt enim.* 1. Reg. 16. 12. Ita ergo, præut aſſerit S. Antoninus, 1. *p. titul.* 6. *cap.* 2. radius lucis demiſſus de cœlo ſuper Mathiam. Iuxta Dionyſ. Carthuſian. hìc, ſignum cunctis ſpectabile fuit columba de cœlo delapſa: ab alijs, ſtella vel globus flammivomus & ardens. Sherlog. d. n. 74. & Suarius tom. 1. de *Religion.* lib. 2. de *Superſtition.* cap. 12. n. 23. ait: *Aliquod mirabile ſignum ſenſibile.* Ex contextu liquet, igitur ſtatutis duobus in vacantem ſedem, orantes dixerunt: *Oſtende quem elegeris ex his.* Oſtentum poſcunt. Quale, cogitat Suarius, *num.* 24. ſubdens: *Fortaſsè fuit aliquis cœleſtis radius, vel potuit virga florere in manu Mathiæ, & non Barſabæ; vel aliquid ſimile divinitùs fieri.*

Divinæ ſortes. — Act. 1. 26. — Areopag. — Ibidem. — *Electio Mathiæ quàm præclara!* — *Radio cœleſti, globo flammeo, ſtella, & columbà ſuper illum de cœlo deſcendente.* — Verſ. 24. *Eius virga floruit.*

Numer. 17. 8.

49 Non diſsimile factum pro aſſerenda electione Aaronis in Sacerdotem, Summumque Pontificem: igitur inter cæteras ſiccas ariditate virgulas, frater *invenit germinaſſe virgam Aaron.* Sæpe ſignum ſenſibile mirificè exhibitum è cœlo, quoties interveniente ſorte, factum recto corde ab hominibus, cœlo placet. Sorte tradebantur nuptui virgines templo dicatę; quod etiam contigit virginum Virgini, ut aſtruit Epiphanius & *Hæreſ.* 78. & in *Ancorat.* ubi: *Virgo tradebatur ipſi Ioſeph, ſortibus cogentibus: & accepit iuxta ſortem ſanctam Virginem Mariam.* Aſtipulatur German. Conſtantinopol. in *Encom. Virgin.* 1. in *Oblation. Tunc nutu divino, & Sacerdotum conſilio de ipſa ſortitio facta eſt; ſorteque Ioſeph ille iuſtus, ſanctam hanc virginem divina diſpenſatione, a Dei templo, Sacerdotibuſque ipſis accipit.* Sortem hanc viſibile & ſpectabile confirmavit prodigium; eò quòd virga Ioſeph, cui ſorte tradita floruerit arida, ac in eius apice de cœlo ſuperſederit columba. Sanctius in *Act.* 1. n. 62. Salmer. *Tom.* 3. *tract.* 30. Caſtro, *Hiſtor. Deipar.* cap. 4. n. 7. Moral. in *Matth.* lib. 2. tract. 2. cap. 9. Cedren. in *Compend. Hiſtor.* Arbitror decerptum totum ex Hieronym. Tom. 4. Serm. in *Nativit. Mariæ*, ubi rem latè refert: ſiquidem cum iuxta legem nuptui ius eſſet tradere Virginem, & illa dixiſſet Numini voviſſe virginitatem; oratione prævia, Dominum Sacerdos conſuluit, cui vox de Propitiatorio facta: *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum Spiritus Domini,* &c. *Secundum hanc ergo prophetiam, cunctos de domo & familia David nuptui habiles, virgas allaturos ad altare prædixit; & cuius poſt allationem virgula florem germinaſſet, & in eius cacumine Spiritus Domini in ſpecie columbæ conſediſſet, ipſum eſſe cui Virgo commendari & deſponſari deberet. Erat autem inter cæteros Ioſeph de domo & familia David grandævus; cunctis ergo virgas ſuas iuxta ordinem deferentibus, ſolus ipſe ſuam ſubtraxit. Unde cum nihil divinæ voci conſonum apparuiſſet, Pontifex iteratò Deum conſulendum putavit: qui reſpondit, ſolum illum ex his qui deſignati erant, virgam ſuam non attuliſſe, cui Virginem Pontifex deſponſare deberet. Proditusque ita Ioſeph. Cùm enim virgam ſuam attuliſſet, & in cacumine eius columba de cœlo veniens conſediſſet; liquidò omnibus, patuit, ei Virginem deſponſandam fore.* Hactenùs Hieronym. vel quiſquis eſt Auctor. Similiter cogitandum de portento in electione Mathiæ per ſortem in Apoſtolicam dignitatem: patuit illa ſingulari mirabili notâ, illa electio Numini quam accepta.

Epiphan.

Maria ſorte Ioſeph deſponſata.

German.

Ioſephi tunc virga floruit, & columba ſuper caput eius apparuit.

Hieronym

Verſ. 26.

50 Nec ideo aſſerendum, inibi non fuiſſe verè ſortes. Fuerunt utique, uti perſpicuò dicitur: *Dederunt ſortes eis, & cecidit ſors ſuper Mathiam.* Syr. *Coniecerunt ſortes.* Æthiop. *Miſerunt ſortes eorum.* Græc. *Suffragijs electus.* Q.d. Suffragijs miſerunt dignitatis electionem in ſortes; vel nomen Mathiæ uni ſchedulæ, & nomen Ioſeph alteri ſcriptum, miſerunt in urnam: nomenque Mathiæ primùm eductum fuit, quo annumeratus ipſe cum undecim Apoſtolis. Apoſtoli elegerunt, & Deus ſplendore, radio globo lucido, deſcendente de cœlo columbâ vel florente virgâ confirmavit electionem; ne videretur Mathias cæteris à Chriſto vocatis inferior, ſed magis commendaretur inuſitato prodigio, tamquàm ſignatus è cœlo. Electio ut obſervat Alapid. hìc, ſicut ſors, fuit humana, reſpectu vocalium ſocium in vacuum miniſterium eligentium: etiamque divina, approbatione cœli, tanti prodigij oſtenſione. in commendationem ab Apoſtolis electi. Vide Suarium loc. cit. & Leſsium, Tom. 2. de *Iuſtit. & iure.* cap. 43. dub. 9. Arator. in *Act.* lib. 1. v. 105.

Quomodò electio Mathię à Deo & etiam à collegio Apoſtolico?

Conſtituere duos: Ioſeph, cognomine Iuſtum;
Mathiamque, Dei parvum. Duodena refulgent
Signa cori; terriſque iubar iaculatur Olympi.

Arator.

Proverb. 16. 33.

51 Modò intelligitur illud Salomonis. *Sortes mittutur in ſinum* (ideſt, in urnam) *ſed à Domino temperantur.* Sortes mitti in ſinum, nihil eſt aliud, quàm occulta providentia: & temperantiâ ſortium, quàm providentia de occultis. *Ipſius enim ſumus figmentum* (ſubdit Auguſtin. d. in *Pſalm.* 30.) *Hæc quodammodò ſors occulta eſt. Voluntas Dei in humano genere ſors eſt: ſors veniens de Dei occulta voluntate; apud quem non eſt iniquitas.* Sors accipitur pro ſtatu (uti videbimus, *n.* 62.) & felici & infelici; quaſi in illo ſors bona, vel mala. Utraque homini occulta eſt, quaſi intra ſinum miſſa; ſed providentiâ temperatur à Deo: videlicet diſtribuitur ab illo in tempore & pro tempore, opportunè & importunè, ſicut congruit, vel eius voluntati placet: igitur uti fidelis non patitur tentari ſupra quę poſſumus. *Varijſque mundum temperat horis:* ait Horat. 1. Od. 12. v. 15. & Virgil. 3. *Æn.* v. 375.

Auguſtin.

Temperantia ſortis, eſt ordo atque providentia Numinis.

——————Sic fata Deum Rex
Sortitur, volvitque vices: is vertitur ordo.

Virgil.

Nihil causâ in prima caſu, aut ait Auguſtin. 5. *Civit.* cap. 9. & in *Geneſ.* q. 91. Cuncta à Domino providentiâ reguntur, eſtò homines ſortibus oppoſitis implicentur. Hæc ſatis pro varie-

tate ſtatus conditionis humanę: aliter accipiendum ſortium regimen in argumento propoſiti Pleonaſmi. Direxit Deus ſortem in electionem Mathiæ, & in alios articulos ſuperiùs præfatos: verum magis elucet divina directio ſortium, ubi à ſuperſtitioſis perpetratur ſortilegium. Illicitæ ſortes à nautis iactæ. Miſſæ ergo in ſinum, ſed temperatę per Dominum: igitur ſiccine agnita ignota procellæ cauſa, & occulta perſona. *Cum igitur nautis conſuetum eſſet ſortiri; condeſcendens ipſis Deus* (ait Theophilact.) *per conſuetum ipſis indicium, tempeſtatis auctorem ipſis notum reddidit.* Ad rem Senec. in *Excerpt.* lib. 8. Controverſ. 1. *Frangitur calamitoſus animus* (inquit) *& ipſa ſe infelicitas damnat: hoc conditio humana vel peſſimum habet, quod fortuna quos miſeros fecit, ſuperſtitioſos facit.*

Theophil.

Marc. Sen.

52 Plus, ni fallor, quos fecit felices, ut vidimus in Nabucho, *à n.* 45. Inter Rabbath & Ieruſalem ſagittis miſit ſortem, quam Dominus temperavit, faciens primam ſagittam nomine Ieruſalem exire; ut contra illam Nabucchus inſtructam dirigeret aciem, civeſque ſub illo luerent pœnas, propter graviſsimas clamantes in æthera culpas. Miſit fortunatus Aman ſortes adverſus populum Dei. Eſther. 3. 7. *Miſſa eſt ſors in urnam.* Deus ſortilegum infatuavit, ſortemque ita direxit, ut populo daretur ampla in regno Aſſueri libertas, & in verticem tyranni deſcenderet prava iniquitas. Cicer. in *Verr.* 5. *Sua quemque fraus* (inſit) *ſuum facinus, ſuum ſcelus, ſua audacia de ſanitate ac mente deturbat.* Et Lucret. 5. de *Rer. natur.* v. 1149.

Quomodò dirigit ſortes in id quod placet?

Cicer.

Circumretit enim vis atque iniuria quemque:
Atque unde exorta eſt, ad eum plerumque revertit.

Lucret.

Animus uti divinus apud Ethnicos, arbitrabatur in pręſcientiam divinus atque præſagus. Ariolatur aliquando, & ut ſedet cordi, tangit mentem & vellicat aurem. Virgil. 9. *Æneid.* à v. 185. ſuccinit:

Niſus ait: Dijne hunc ardorem mentibus addunt
Euryale? An ſua cuique Deus ſit dira cupido?
Aut pugnam aut aliquid iam dudum invadere magnum,
Mens agitat mihi, nec placida contenta quiete eſt.

Virgil.

Mens ſua ſponte divinat: igitur neſcit, motus unde veniat, minimè ignarus quò vadat; quaſi homo non ſolùm impulſus, ſed invitè præ obiecti vehementia raptus: ita enim adhęret menti, ut fieri aliter iudicetur impoſsibile. Unde Romani Menti ſeu bono interno Conſilio ſacra fecere, de quo in *Ephemerid.* 8. *Iun.* ex Ovid. 6. *Faſtor.* v. 239. dicente: *Mens quoque Numen habet.* Ita cum Andromacha videret Græcos irruere quà infirmiora mœnia; Hectori dixit, ut ſuccinit Homerus, 6. *Iliad.* v. 438.

Animus futuri præſagus.

Vel aliquis ipſis dixit, vaticiniorum benè peritus;
Vel & ipſorum animus impulit & iuſsit.

Homer.

Dum ſiccine urgetur à cogitatione animus, omen quæritur ut confirmetur motus: quapropter Scipio Africanus, cum nullus vellet expeditionem in Iberiam ſuſcipere: victorijs inſoleſcente Annibale, dixit civibus in Comitijs, uti refert Tit. Liv. *lib.* 26. *ſect.* 139. *Dij immortales Imperij Ramani Præſides, ut mihi imperium iuberent dari, fuere auctores: ijdem augurijs auſpicijſque, & per nocturnos etiam viſus omnia læta ac proſpera portendunt animus quoque meus, maximus mihi ad hoc tempus vates; præſagit, noſtram Hiſpaniam eſſe.*

Impulſus eius dicitur divinatio.

Tit. Liv.

53 Si omen non occurrit, aliquando mens internè componit; & ſibi, ut ſequatur urgentem cogitationem, ad placitum fingit. Plura exhibenda teſtimonia, & huiuſmodi cogitationum exempla; ut ex ſortibus voluntariè conceptis, aſtruatur mœſtus vel proſper exitus illapſæ cogitationis. Scholiaſtes Pindari *cap.* 4. *Conſueverant olim* (ait) *vaticinari per ſortes: erant enim in ſacris menſis tali, quos iacientes vaticinabantur: v.g. Si me iaciente, hoc ceciderit; illud eveniet: ſin minùs, non eveniet.* Bulenger. d. cap. 1. *Sortes erant ſigna, quæ dabantur alicui puero de trivio, cui ſi convenerant ei ſigna, quod ille, qui ſortes dederat, habebat in animo; tunc benè ſecum agi putabant.* Vide ſupr. *numer.* 38. & Roſin. *Antiq. Rom.* 2. cap. 7. ibique Dempſt. fol. 125. A. 1. aſtruit etiam Ioann. Hartungus, Decur. 3. *Locor. memorabil.* cap. 8. §. 4. Herodotus, *lib.* 5. *cap.* 1. *Pæones admoniti divino reſponſo* (refert) *ut bellum Perinthijs inferrent: & ſi quidem à Perinthijs ex adverſo conſiſtentibus, provocarentur, nominatim compellantibus; eos invaderent* (en articulus Ionathæ, de quo poſteà) *ſin minus, ab invadendo abſtinerent,* &c. De Cenez ait Philo Biblius, *Antiq. Hebr.* cùm eſſet coram Amorrhæis: *Signum ſalutis facies Domine mecum hodie. Ecce ego evaginabo rhomphæam meam, & refulgebit in caſtris Amorrhæorum. Si cognoverint, quia ego ſum Cenez; ſcio quoniam tradidiſti eos in manus meas; ſi autem non me cognoverint; ſcio, quoniam non exaudiſti me; ſed tradidiſti inimicis meis.* De Iahele, Haber Cinæi uxo-

Omine bono conſi mari ſolicitat, in ea quę cogitat.

Bulenger.

Herodot.

Philo Bibl.

Sortes ſingulares ab animo conceptæ.

rę

Cenez.

re, quæ perfodit clavo tempora Siſaræ; ibid. ſubdit: *Hoc autem ſignum erit, quod facies mihi Domine. Si expergefactus petierit me continuò, Pota me aquà; ſcio, quoniam exaudita eſt oratio mea; & reverteas, cùm ingreſſa eſt Iabel, Siſara dixit: Pota me, quoniam uror valdè, & exardeſcit anima mea.*

Philiſtinorū

54 Idem ibid. refert omen cogitatum à Philiſthæis, quod ſignatur 1. Reg. 6. à 7. *Facite plauſtrum novum unum; & duas vaccas fœtas, quibus non eſt impoſitum iugum, iungite in plauſtro & recludite vitulos earum domi: tolletiſque Arcam Domini, & ponetis in plauſtro, & vaſa aurea, quæ exolviſtis ei pro delicto, & ponetis in capſellam ad latus eius, & dimitte eam, ut vadat; & aſpicietis: & ſiquidem per viam finium ſuorum aſcenderit contra Bethſames; ipſe fecit nobis hoc malum grande. Sin autem minimè; ſciemus, quia nequaquàm manus eius tetigit nos, ſed caſu accidit.* Ita in Ethnicos incidit conſilium; ſortes erga omninò omen voluntarium; ut illud Timothei, 1. Mach. 5. 40.

Timothæi.

Ait Principibus exercitus ſui: Cùm appropinquaverit Iudas, & exercitus eius ad torrentem aquæ; ſi tranſierit ad nos prior; non poterimus ſuſtinere eum, quia potens poterit adverſum nos. Si verò timuerit tranſire, & poſuerit caſtra extra flumen; transferemus ad eos, & poterimus adverſum illum. De Ionatha adoriri tonante caſtra Philiſthinorum;

Ionathæ.

dicitur 1. Reg. 14. à v. 6. *Dixit ad adoleſcentem, armigerum ſuum, Veni tranſeamus ad ſtationem incircunciſorum horum, ſi fortè faciat Dominus pro nobis; quia non eſt Domino difficile, ſalvare vel in multis, vel in paucis::. Ecce nos tranſimus ad viros iſtos: cùmque apparuerimus eis, ſi taliter locuti fuerint ad nos*: Manete, donec veniamus ad vos; *ſtemus in loco noſtro, nec aſcendamus ad eos. Si autem dixerint*: Aſcendite ad nos; *aſcendemus, quia tradidit eos Dominus in manibus noſtris. Hoc erit nobis ſignum.* Ideſt, in utramque ſortem omen cogitatum. Ita vocat Caietanus hìc. Strenuitatem Ionathæ, ex zelo motum, ex ſignoque felicem exitum, obumbrare videtur, aliò intentus Virgilius d. à verſ. 199. Conſidera vividè inter Ionatham & armigerum expreſſum in virtute colloquium.

Virgil.

Mène igitur ſocium ſummis adiungere rebus
Mène fugis? Solum te in tanta pericula mittam?
Eſt hic, eſt animus lucis contemptor, & iſtum
Qui vitâ benè credat emi, quo tendis, honorem.
Accipio, & comitem caſus complector in omnes.
Nulla meis ſine te quęratur gloria rebus,
Seu pacem, ſeu bella geram, tibi maxima rerum
Verborumque fides::. Protinùs armati incedunt.
Caſtra inimica petunt:
Hac iter eſt: tu nequa manus ſe attollere nobis.
A tergo poſsit; cuſtodi, & conſule longè.
Hęc ergo vaſta dabo, & lato te limite ducam, &c.

Confer cum textu ſacro, nullaque erit in certamine contentio.

Eliezer.

55 Retrò ſæculis etiam elucet ſimilis cogitatio. De Eliezer, procuratore domus Abrahæ, miſſo ab hero in Meſopotamiam, ut inde adduceret uxorem Iſaac; dicitur erupiſſe in huiuſmodi mentem. *En ego ſto prope fontem aquæ* (Geneſ. 24. 13.) *& filiæ habitatorum huius civitatis egredientur ad hauriendam aquam. Igitur puella, cui ego dixero*: Inclina hydriam tuam, ut bibam; & *illa reſponderit*: Bibe, quin camelis tuis dabo potum; *ipſa eſt, quam præparaſti ſervo tuo Iſaac, & per hoc intelligam, quòd feceris miſericordiam cum Domino meo.* Docilis animus puellæ, ſtatim occurrentis,

Claudian.

——— *Et undantem declinat prodigus urnam.*

Dixit aliò Claudian. v. 7 lib. 2. de *Rapt. Proſerpin.* Cuncta, quæ legi in medium deprompſi. Operę ergo prætium erit exponere, quid in tam diverſis ſortibus, aut voluntarijs omnibus licitum, aut illicitum. D. Thom. 2. 2. *q.* 95. *art.* 7. & 8. in ſortibus ad

An licita huiuſmodi voluntaria omina?

D. Thom.

cognoſcenda futura, ſignat cauſam naturalem & ſpiritalem. Cauſa naturalis (ut futuræ pluviæ) proprię cauſa non eſt, ſed futurorum index, non enim in futura influit. Cauſa ſpiritalis influit in futuros eventus, qui ordinantur ſecundum divinam providentiam, & aliquando ſecundum dæmonum induſtriam malitiam. *Sic ergo dicendum, quòd omnis huiuſmodi divinatio, ſi extendatur ultra illud, ad quod poteſt pertingere ſecundum ordinem naturę, vel divinæ providentiæ; eſt ſuperſtitioſa & illicita.* Quod fit arte vel ſuggeſtione diabolicà, uti vidimus in ſortibus Nabuchi, & alijs aliorum; patet abominabile. Iudicium ſortium ex iuſſu Dei, rectum utique iudicium: ipſe enim dirigit exitum, ut in

forti-

ſortibus Achan & Saulis. De cogitationibus peculiaribus, atque ſignatis ad lubitum mentis ſortibus; dicendum eſt, poſſe ab animo intendi, impetrare à Deo directionem occultam meditatarum ſortium, per ſpecialem providentiam: quæ licèt miraculoſa dici non poſsit quoad ſubſtantiam; eſt ſpecialis gratia, atque beneficium ſingulare. Unde tanta fiducia poſtulari quit, ut tenaciter hęreat animo, quod concipitur, maximè ſi inſpiratione divina, uti dictum in ſortibus Apoſtolici Collegij ſtatuente animo amplecti, quicquid ſors tulerit, tamquàm ex divina ordinatione, qua Dei voluntas patefit; nequaquàm tamquàm ex divina dumtaxàt promiſsione, uti inter Gentiles iudicium in divinatione futurorum: quo intelligitur, quid ſentiendum de omnibus, ac ſortibus memoratis à *num.* 51.

Licita, Deo inſpirante: illicita, ſi dumtaxàt permittente.

56 Ita dum ſortes fiunt à cauſa ſpiritali, Deo, interna motione; uti in ſortibus Eliezer, & Ionathę, reſpondente exitu cogitationi propoſitum meditantis, præmiſsà oratione, urgente neceſsitate, intentione ſanà, ac debità reverentià: totum ita factum ante utriuſque electionem ſortium, ut patet ex textu *Geneſ.* d. v. 12. & 1. *Reg.* d. v. 6. Comprobavit miraculum afflatos à Deo. Hic modus facilior: ſine tentatione fit, & ſine temeritate: igitur prudens dictat huiuſmodi ſortes ratio ex coniectura humana, ex neceſsitate concepta, honeſtate cauſæ, ambiguitate occurrente, haud alio exitu in urgentem dubitationem, atque ex perplexitate libertatem. Dixit aliò vel Ethnicus, lib. 1. *Metamorph.* fab. 7.

Ovid.

——— *Placuit cœleſte precari*
Numen, & auxilium per ſacras quærere ſortes.

Non enim tunc intenditur futurorum abſolutè cognitio; ſed manifeſtatio in futuris divinæ, optatæ in ſortibus, voluntatis, qua humana voluntas terminetur in facto ad eius executionem: in his namque ſortibus dumtaxàt concipitur ingens ac firmiſsima ſpes, Deum illo modo tacitè approbaturum propoſitum ad quod terminatur animus ſortes exponentis coram eo; uti de Iuda dicitur 2. Machab. 15. 7. *Machabæus ſemper confidebat cum omni ſpe.* Videſis dicta, *Tom.* 7. *T.* 5. *à n.* 18. Hinc D. Thom. de vaticinio perfidi improbi Timothæi, de quo ſupr. *num.* 54. ait: *Propheta non fuit; credebat Iudam eſſe tantæ fortitudinis; quòd niſi diffugeret, non ſuperaretur, & quandiù confideret, ſuperaret.* Coniecturam tantùm huiuſmodi divinationi, vel artificium tribuit Doctiſsim. Sanctius, hic, num. 23.

Unde miter Numinis inſpiratio?

1. Mach. 5. 40.

D. Thom.

57 Facile ergo modò diſcrimen inter præfatas ſortes. Voluntate enim & divinà inſpiratione factæ, quas Deus iuſsit, aut prodigijs comprobavit; ut ſigna data in vellere Gedeoni; *Iudic.* 6. à 36. & in ſomnio panis volantis, ac in caſtra inimicorum deſcendentis: ibid. 7. à 13. etiam, ſi quid verum, quod dicitur de Cenez, *num.* 53. Aliæ autem, uti diabolicæ, tantùm à Dei voluntate permiſsivè, à dæmone effectivè, & in deceptionem conſulentium: quapropter optimè Virgil. de Rhamnete, 9. *Æneid.* v. 327.

Unde à dæmone?

Virgil.

——— *Gratiſsimus augur,*
Sed non augurio potuit depellere peſtem.

Unde licèt diabolicis ſortibus reſpondeat effectus; non ideo dæmonis, futurorum ignari, fit efficacia: pendet effectus, poſt permiſsionem ſortium, à voluntate divina; iuxta quam temperantur à Domino, vel prout providentiæ congruit, vel prout illi, & quorſum placet. Vide exempla, *num.* 51. Patet, dum Pythoniſſa exercuit in excitationem Samuelis, iuſſu Saulis, necromanticum coniurium, carmen veteratorium; quo aliorum Manes præſtigiosè ac phantaſticè revocare ſolebat. Apparuit vera Samuelis anima, ſed non à Pythoniſſa, ſed à Domino evocata: non potentia Magici carminis, ſed iuſſu præcipientis conditoris; qui coniurium torſit, & ita temperavit, ut Saul ex vero Samuele digna factis futura, atque citò, audiret. Adiſis ſacros interpretes in 1. *Reg.* 28. 11. Scholaſticos cum D. Thom. 1. *p.* *q.* 89. *art.* 8. 2. 2. *q.* 95. *art.* 4. & *q.* 174. *art.* 5. Suarium in 3. p. D. Thom. *quæſt.* 52. *diſput.* 42. *ſect.* 2. *n.* 3. Anton. à Matre Dei, *Iſagog.* Digreſſ. 6. Prælud. 1. Delr. *Diſq. Magic.* lib. 2. quæſt. 26. à ſect. 1. & Valleſſ. *Sacr. Philoſoph.* cap. 33. Haud aliter Deus utitur divinationibus in ſortibus ſuperſtitioſis: permittit ſacrilegè conſulentibus propoſitum; ſed nonnumquàm divinum valet prævalens intentum. Longior ſolito pręſentis diſputationis expoſitio, quoniam AA. obſcuriſsimi profectò in huiuſmodi argumento.

Prov. 16. 33.

1 Reg. 28. 11.

Quomodò à Pythoniſſa evocata verè Samuelis anima?

58 Elucet itaque ſortes factas quo effectu inſpiratione divinà; & etiam aliquando prodigio aut oſtento ſpectabili, quod in Deo dicitur *Voluntas ſigni*; de qua Angelic. Magiſt. 1. p. q. 19. art. 14. *Metaphorica eſt, poteſtque dici Signum voluntatis.* Franciſc.

Quid in Deo voluntas Signi?

Pa-

Pavon. p. 2. *Natur. Theolog.* n. 3544. Ita vidimus in ſignis factis in electione Mathię,& aliorum, iuxta Dei voluntatem & complacitum, per illa portenta expreſſum; à *n.* 48. ita in lege veteri conſultationibus per Ephod. 1. Paralip. 14. 14. & 2. Reg. 5. à 23. Irruentibus iterùm Philiſthæis, *Conſuluit David Dominum: Si aſcendam contra Philiſthæos, & tradas eos in manus meas? Qui reſpondit: Non aſcendas contra eos; ſed gyra poſt tergum eorum, & venies ad eos ex adverſo pyrorum, & cùm audieris ſonitum gradientis in cacumine pyrorum; tunc inibis prælium, quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam, ut percutiat caſtra Philiſthijm.* Item 2. *Machab.* 8. 23. de Iuda dicitur, cùm eſſent exercitus in procinctu, micante claſsico: *Lecto illis ſancto libro, & dato ſigno auditorij Dei; in prima acie ipſe Dux commiſit cum Nicanore.* Liquet ſignum ſine ſorte, ſicut econtrà in ſorte oſtentatum ſignum, ut eluceat, uſas inter Hebræos ſortes, & eſſe licitas. Levitic. 16. pro die Expiationis, dicitur Sacerdoti Summo: *Duos hircos ſtare faciet coram Domino: mittenſque ſuper utrumque ſortem, unam Domino, & alteram capro emiſſario; cuius exierit ſors Domino, offeret illum pro peccato: cuius autem in caprum emiſſarium; ſtatuet eum vivum coram Domino.* Sortes dicuntur duo nomina in ſchedulis ſcripta, dedicandi ſcilicèt & abdicandi. Nomen abdicandi erat *Laazazel*: ideſt, depulſorium: dedicandi autem, *Laadonai*; nempè, Deo dicatus. Vide Lorin. & Alapid. hic. Quæ non confingunt Hebræi de victima & articulo utriuſque capri? Suaptè nugivenduli. Conſule Petr. Cunæum, 2. de *Hebr. Republ.* cap. 6. & quæ dicta in *Ephemer.* 10. *Septembr.* à num. 1.

2. Mach. 8. 23.

Levit. 16. à 7.

Cuiuſnam conditionis ſortes in die Expiationis

Sortes politicæ inter Hebræos practicę.

59 Sors diviſoria, ſeu politica etiam inter Hebræos practica, vel in bonis dividendis, uti ſignavimus à *num.* 29. vel in exercendis muneribus, 1. *Paralip.* 25. 8. Luc. 1. 5. ubi de Zacharia ſacerdote, v. 8. dicitur: *Cùm ſacerdotio fungeretur in ordine vicis ſuæ.* Vel ad loca officijs deputanda, uti ſortibus deſtinatæ provinciæ orbis Apoſtolis diſpergendis in prædicationem Evangelij. Flav. Dexter. *Ann. Chriſt.* 34. num. 2. ibique Vivar, *Comment.* 7. Iſidor. de *Vita & mort. Patr.* cap. 81. & Euſeb. lib. 5. *Hiſtor.* cap. 17. In ſortium memoria, ſingularis eſt ſententia Nonni Panopolit. in *Ioann.* 19. 24. indicantis tunicam Chriſti inconſutilem ſortitam malignitate militum, per ludum micantium digitorum. Hiſpanicè: *Juego del Morro.* Nihil illo auribus moleſtius, atque ex faſtidio ludentibus ſuavius. Bulenger. de *Ludis Veterum*, cap. 7. ait: *Digitis micant: & utraque manu protenſis aliquot digitis, dicunt*: Tres, Quinque, Septem, *& divinare conantur numerum digitorum, qui prodeunt è ſinu.* Ita ergo Nonnus ad illud: *Non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa cuius ſit*, infit:

Ioan. 19. 24.

Quo ſortis genere ſortita tunica Chriſti?

Nonn.

Sed ſuper eam digitos manus emittentes procul,
Iacta victoriæ ſigna, ſortitione videamus
(Contentionis experte) cuius ea erit.

Ludus micantium digitorum qualis?

Hunc ludum luſiſſe Hyminæum & Cupidinem commentus eſt, lib. 33. *Dionyſiac.* à v. 79.

Erat ſortitio indiſcretis manuum iactibus,
Sequens varios digitorum modos, quos interdùm ſublatos
Erigebant: alios in pugnum includebant, compreſſus in vinculum.

Idem.

Meminit ludi Cicer. 2. de *Divination.* & 3. *Officior.* & Varro in *Parmenione.* Inventorem huius frigiditatis ſignat Photius in *Bibliothec.* pag. 247. dicens: *Prima Helena reperit ſortem per digitos, & cum Paride ſortiens, vicit illum.* Ampliora ſunt apud Bulenger. de *Sortibus.*

Phot.

60 Iam ergo locus expoſitioni Pleonaſmi de munere proditoris, perfidi Chriſti diſcipuli, de quo Petrus: *Connumeratus erat in nobis & ſortitus eſt ſortem miniſterij huius.* Nomen *Sors* aliquando paragogicum eſt, ut *Locus, Via, Vir*, & alia, de quibus alibi egimus, tantùmque ſignificat id, cui iungitur. Unde Eccli. 17. 24. *Sortem veritatis*; ideſt, Veritatem. Ibid. 48. 5. *De ſorte mortis*: nempè, de morte. Iuvenc. 2. *Evangel. Hiſtor.* v. 746. *Sortemque locorum pro virtute ferunt.* Sic ergo geminatio illa facilè exponitur, q. d. *Sortitus ſortem miniſterij*; pro ſortitus miniſterium. Hebraiſmus eſt, voxque ſignat cui iungitur, vocem. Syr. *Sortitus conſortium, & portio eius in miniſterio noſtro.* Vatabl. *Cooptatus erat in numerum noſtrum.* Sine Hebraiſmo Vulgatus, Hebr. 8. 6. *Sortitus eſt miniſterium.* Quapropter ſi ſors pro dono, aut gratia, ut vidimus, *n.* 24. ſenſus erit: Sortitus eſt, donum profectò, aut gratiam miniſterij huius, ut dicit Paulus, Coloſſ. 1. 12. *Dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine.* Aſtruitur interpretatio genuinè ex acceptione ſortis pro poſſeſsione & felicitate, de quibus à *n.* 25. Sapient. 3. 14. *Sors in templo Dei acceptiſsima*: & 5. 5. *Inter ſanctos ſors illorum eſt*: hoc eſt, felici-

Act. 1. 17.

Paragoge. Sors, vox vaga.

Sors pro gratia felicitate & poſſeſſione.

citas; de qua fugit Ieruſalem, dicente Ezechiele 24. 6. *Non cecidit ſuper eam ſors.* Virgil. 12. *Æneid.* v. 932. *Utere ſorte tua.* Sors ergo eſt felicitatis, & etiam felicitas ſortis. Sors felicitatis eſt donum, habentem faciens felicem: felicitas ſortis, poſſeſsio in contingentia carentiæ vel poſſeſsionis proſperitatis. Utramquè ſortem in munere Apoſtolico poſſedit perfidus: ideo geminatione dicitur: *Sortitus eſt ſortem*: igitur non ſolùm adeptus eſt ſortem felicitatis, quo ſtatu felix; ſed etiam felicitatem ſortis, qua carere quibat, uti alij qui erant extra Apoſtolicum miniſterium. Ita cum illo liberalis providentia. *Si qua eſt ratione ſors delata* (ait Plutharchus, 9. *Convival. qq.* cap. 5.) *non eſt iam fortuna, neque temeraria, ſed è cœlo & providentia.* Providentia fuit ſtatus huius perfidi in tramque felicitatem & omnimodam ſortem. Virgil. retorqueatur, 6. *Æneid.* v. 431.

Quid ſors felicitatis & felicitas ſortis?

Plutarc.

Nec vero hæ ſine ſorte datæ, ſine iudice ſedes.

Virgil.

61 Hinc poſſumus interpretari geminationem: obtinuit ſummam in miniſterio felicitatem; igitur ſumma ſors cecidit, & in malignantem qui tot proditiones fovit; quibus proceſsit in infernum, ut relicto Apoſtolatu, abiret in locum ſuum. Eodem ſtylo deſcribitur ab Homero Fortuna ſumma: 23. *Iliad.* v. 862. *Primus ſorte ſortitus*: & 9. *Odiſſ.* v. 301. *Sorte ſortiri.* Duplicis itaque acceptionis ſortis meminit Horat. 1. *Satyr.* 1. à v. 1. ſuccinens.

Geminatio ſortis pro ſumma felicitatis.

Qui fit Mæcenas, ut nemo, quam ſibi ſortem
Seu ratio dederit, ſeu ſors obiecerit, illà
Contentus vivat?

Horat.

Sors & ratio hìc opponuntur, quatenùs quod caſu fit aut contingentià, ſit extra rationem; quæ habet delectum cum ſtudio propoſito & aſſenſu: & ſors ſiccine obijcitur ſorti; quippe in ſtatu, officio, aut munere felicitas ſortis à ſorte felicitatis. Hoc intuitu Buleng. de *Sortib.* cap. 1. *Sors ipſa referenda eſt ad ſortes.* Sors in primo loco accipienda eſt pro officio, quod felicitas ſortis: in ſecundo, pro caſu, in quo ſors felicitatis. Perſpicuò videtur in electione Mathiæ; *Dederunt ſortes eis, & cecidit ſors ſuper Mathiam.* Ideſt munus Apoſtolicum, vel ſtatus devenit ad Mathiam, è ſortibus ex ſe habentibus contingentiam.

Buleng.

Act. 1. 16.

62 Ut clariùs procedatur ſciendum eſt, ſortem frequenter uſurpari pro officio, ſeu ſtatu, haud pro fortuna (de qua Virgil. 9. *Eclog.* v. 5. *Sors omnia verſat.*) Unde Iſai. 57. 6. *Hæc eſt ſors tua.* Prov. 1. 13. *Sortem mitte noviſcum.* Tit. Liv. *lib.* 9. *ſect.* 117. *Non ſuæ ſortis* (ideſt muneris) *eſſe negotium.* Virgil. 2. v. 201. *Sorte ſacerdos.* & *lib.* 11. v. 165. *Sors iſta ſenectæ*: quaſi ſtatus, ſive munus. Haccine acceptione nomen verbi ſumitur pro obiecto, ut *Vidi viſionem, Laudaverunt laudem, Sacrificate ſacrificium*, &c. de quibus in *Prolog. Galeat.* §. 4. n. 10. Patet ergo actio pro obiecto, ſive pro materia actionis. Similiter in præſenti Tautologia: *Sortitus eſt ſortem*: hoc eſt, ſortitus (ut eſſet nobiſcum) munus & Apoſtolicum miniſterium. Ita de ſucceſſore dicitur, v. 25. *Accipere locum miniſterij huius & Apoſtolatus, de quo prævaricatus eſt Iudas.* Sors igitur ſignificat dignitatem, & dignitatem obtentam ſimul per ſortem. Tom. præced. *T.* 4. *n.* 28. dixi quid intererat inter *Gaudere gaudio*, atque *Gaudium gaudere.* Ibid. *T.* 5. *n.* 23. quid inter *Deſiderium deſiderare*, atque *deſiderare deſiderio. T.* 7. *n.* 25. diſcrimen inter *Scrutari ſcrutinio*, atque *Scrutinium ſcrutari*: quod videris. In præſentiarum ergo, quia fit ſortis geminatio debet intelligi & *ſorte ſortiri*, & *ſortiri ſortem*, in omnimodam poſsidentis officicium, felicitatem; quippe & dignitas contigit in contingentia carentiæ, & poſſedit dignitatem ex ſorte in ſortem. *Sorte ſortiri* accipitur pro ſuperlativo: *Sortem ſortiri* pro obiecto: quapropter cum obiectum eſſet muneris celſitas, & poſſeſsio in contingentia, ſumma felicitas; utrumque obtinuit, felixque evaſit & ſorte felicitatis, & felicitate ſortis. *Etiam in ſignis & prodigijs*: ait Ambroſius, in cap. 9. *Epiſt. ad Rom.* commendantibus tantam in eum collatam felicifsimè gratiam; ut ſopiret ac ſepeliret cordis perfidi malitiam. *Iudas* (inquit Alapid. hìc) *quaſi ſortitò, vel ſorte obtinuit ſortem: puta duodecimum locum miniſterij Apoſtolatus.* Idem Caietanus. Cur autem dum duodecim à Chriſto electi (*Luc.* 6. à 13. & *Ioann.* 6. 71.) electio in Iuda, & non in alijs, ſors dicitur; forsàn dicemus in Didaſcalijs; quò opportunè locus.

Sors pro ſtatu, aut munere.

Actio pro obiecto ſeu materia actionis.

Quid ſors ſortis vel ex ſorte?

Ambroſ

Alapid.

63 Verſiones concordi pace ſparſæ ac expoſitæ in Littera. Ne ergo declinemus à methodo, volupè promam. *Propter electos, quos elegit.* Arabe *Propter electos qui electi ſunt.* Gregor. Magn. *Propter perfectos.* Sanctius: *Propter prædeſtinatos.* Brugenſ. *Propter ſalvandos.* Alij: *Propter delectos, ſelectos & inſigniores, quos elegit.* Aliquid itaque dicendum ad mores, ut ſtemus in vocatione, qua electi vocati ſumus.

Verſiones

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. excurſ.

1. PRopter *electos, quos elegit.* Unus in Stephano electus exponitur, & electa multitudo conſpicitur. *Propter electos*: aptè, Protomartyris ſacro cruore: textuſque demonſtrat multorum triumphum; quia ſanguis eius, ut ſemen aliorum Martyrum.

2. *Propter electos, quos elegit.* Multoties Deus eligit, & in dignitate electi non ſunt electi; quippe ex dignitate pravi, abuſu dignitatis, & dedecore electionis: igitur in electione pravitas, & non electio; ubi nulla legis nec rationis moderatio.

3. *Propter electos, quos elegit.* Inſtat maxima in Eccleſiam perſecutio; & exponitur Dei in electionem certatorum electio. Sine electione profectò non poſſunt eligi: electioque geminatur vel ſuppoſità electione; quoniam per Martyrum victoriam, atque virtutis conſtantiam, promit certamen electionem illorum fuiſſe divinam.

4. *Propter electos, quos elegit.* Duplicatur in huiuſmodi favore forma divinæ electionis, propter inſignem prærogativam Virginis-Matris, in genus humanum pronæ; ut illud reſtituat priſtinæ felicitati: iurèque homines noſcunt electionem geminam; quippe per Virginem à Numine electi tam ad gratiam, quàm ad gloriam.

DIDASCALIA PRIMA.

Protomartyr Stephanus, electus è millibus.

1 COnſtat ex electione, à quo quis & quantus Protomartyr in munere: igitur ſi à Deo & primus eligitur, primus ex virtute plaudetur; quippe per effuſum ſanguinem & inclytum triumphum, ſanguis eius ut ſemen aliorum Martyrum. *In uno Stephano triũphus multorũ.*

S Proſp

Cruor ille pares Sanctis ſpondebat honores,
Orturis toto corpore martyribus.

Ita accinit Proſper, *Epigramm. 69.* Hæc ſeges Deo magna floruit, propter electum, quem in primum elegit. Haud in Stephano Patet agricola ſeminavit parcè, ſed magnificè plena benedictione: equidem dum orbem ſacra ſeges abundantiſsimè implet; omnis ab hoc uno ſemine meſsis erit. *Marc. 13.20.* Diximus, *Tom.4. T.7. D.6. à n. 2.* regeri muſque in *Ephemer.30. Ianuar.*n.1. Velum illud celebre templi, ſciſſum in morte Chriſti, confectum etiam fuiſſe villis pellicularum Abelis, primi in orbe martyris, & ſaxis crudeliter interfecti (ut obſervat Abulenſ. in 23. *Matth.*) ſub quo grana collocabant frumenti, quia manabat ſanguine, dum martyr proximè futurus in recincto Synagogæ. *Velum templi ex quo confectum?* Ex illorum enim feraci fructu; mors cognoſcebatur, quàm accepta atque pretioſa cœlo. Unde canit Prudentius in *Periſtephan.* v.1230.

Prudent

Hæc ſub altari ſita ſempiterno,
Turba, quam ſervat procerum creatrix
Purpureorum.

2 *Pretioſa ergo in conſpectu Domini mors Sanctorum eius. Non minuitur perſecutionibus Eccleſia, ſed augetur* (ait Leo Pap. *Serm.* 1. in *Natal. Apoſtolor.* cap. 6.) *& ſemper Dominicus ager ſegete ditiori veſtitur; dum grana, quæ ſingula cadunt, multiplicata naſcuntur.* Velum reſciſſum ſterilis Synagogæ, ut fœcunditas ſanguinis in honorem tranſiret Eccleſiæ; viſo, multiplicatione glorioſiore ſeminis, quod olim ſingulare theatrum dignitſsimæ admirationis; & in Stephani cruore, quod à ſanguine Abel iuſti: igitur ſicut hic in lege naturæ, Stephanus in lege gratiæ, & Martyr primus & lapidibus obrutus. *De quorum meritis atque virtutibus* (infit idem, cap.7.) *nihil diverſum, nihil debemus ſentire diſcretum: quia illos & electio pares, & labor ſimiles, & finis fecit æquales.* Benavid. lib.2. *Epigram.*43.

LeoPap

Marc 15 38.

Cur ad inſtar Abel fuiſſit Stephanus?

Idem.

Benavid

Hic templũ ſtatuit ſummo fabricare Tonãti;
Deſtruere impietas quod truculẽta parat.

Stephanus potitur voto, extructo templo, faventibus miniſtris impietatis uſque ad coronidem; lapidibus iactis in virtutis examen: equidem perfecit ac fabricam evexit uſque in faſtigia; quia impugnatores ipſo in furore miniſtrarunt ſaxa. *Vnde ab illo Eccleſiæ ædificatio?*

Idem.

Sic validus vibrat perfida ſaxa furor.
Poſsidet ille polos, perfidus ima petit.

Venant Fortun.

3 Venit Filius Dei in mundum, ut hominem transferres in cœlum, quod illi aperuit per ignominioſam mortem; verùm nec invenit fidẽ, etiam extendens in cruce brachia ad populum non credentem, ſed contradicentem. Expeditio meditata atque cœpta perficienda (quamvis ille raperetur in aſtra, propter electos quos elegit) per electos, quos uti tales, belli Principes conſtituit; ut propagaretur fides, cùm ille veniens non inveniſſet in terris. *Luc.*18.8. Hic accidit, quod olim eodem conſilio adverſus ſuperbum Nabuchum contigit; ut Babylon caderet. *Audite conſilium Domini, quod mente concepit adverſum Babylonem. Quaſi leo aſcendit de ſuperbia Iordanis: & quis erit electus quem præponam ei?* Eſt deſcriptio Synagogæ inſoleſcentis, in exterminium fidei N. Salvatoris. Concitavit in fideles bellum & validum, ut ſub iugo legis certaminibus varijs fidem ſubderet credentium. Aliquis eligendus anteſignanus in pugnam; dicitque Deus: *Et quis erit electus quem præponam?* Stephanus. Hic erit primus. Primus in difficilem conflictum. Ideo & Apoſtoli *elegerunt Stephanum*: qui uti electus à cœlo, plenus gratià & fortitudine, faciebat prodigia & ſigna magna in populo: etenim vel catervatim adverſarij milites, dum acertimè contenditur; non poterant reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui, qui loquebatur. Dicit felix ex certamine exitus, quanta prudentià in ſignifcrum præpoſitus. Verùm pende textum. *Electus quem præponam.* Semper præponitur, antequã eligatur: cur igitur in electionem præpoſitus, ſi iam electus? Facilis expoſitio in politicis, ubi articulus occurrerit electionis: igitur nemo dignè præponitur in faſtigium dignitatis; niſi quem priùs uti digniorem elegerint dotes. *Electus, quem præponam.* In victoriam præpoſitus, quippe à Deo electus, ut inter electos eſſet primus: igitur effuſione eius invicti ſãguinis; adverſus Synagogam Babylonem magna meſsis: ita ut caderet & iaceret in pulvere, Martyrum ſemine; quippequàm grana in terram cadentia uberiùs multiplicata; eò quòd eſſent ad meſſem ſanguine Stephani tincta. Dicit Venant. Fortunat. in *Excerpt.* ex *lib.*7. à v. 218.

Ierem. 50. à 44

Act. 6.5

Primus electus in Martyrẽ

Dignè eligitur, queis ante electiones ipſæ dotes ſuffragantur.

Ven. Fort.

In quibus Stephanus victor, honore prior;
Quos ſaxis, gladijſque, ſiti, fame, frigore, flammis,
Ereptos terris, iungit in aſtra fides.
Caſibus (heu) varijs, quos ſic tulit ira furentis,
Etſi mors diſpar, lux tamen una tenet.

4 Deinde. *Quis erit electus, quem præponam?* Videtur in re difficili creperum; verùm diſſolvitur dubium: *Audite conſilium Domini, quod mente concepit adverſum Babylonem* ut multiplicaret fidem. *Ecce puer meus, electus, quem elegi; complacuit ſibi in illo anima mea: dedi ſpiritum meum ſuper eum, iudicium gentibus proferet.* Ita Septuaginta ad locum Iſaiæ. *Ecce* (ut obſervat Novarin. in *Luc.* 7. 12. & nos alibi) *particula admirationis eſt, novum aliquod indicat.* Quid hìc in puero electo novitatis; ut mens humana ducatur in ſtuporem admirationis? Quòd tanta meſsis ſurgeret, cadente Stephano; ut collocaretur in Empyrio: equidem novum & mirabile, quòd ex Stephani cruore oriretur in fructum tamquàm ex ſemine. Hinc à Deo dicitur *Semen verum.* Hebr. *Electum.* Stephanus non ſolùm ſemen, ſed verè ſemen electum: etenim electus ut ex eius primùm effuſſo ſanguine è venis; tot orirẽtur tamquàm è ſemine Martyres. Plurimi interdùm electi, qui non electi electione, quoniam in exitu inventi ſunt electionis indigni; in quibus & de quibus non complacet anima Dei electoris, quoniam in uſu dignitatis inveniuntur degeneres; quos electos abijcit, quaſi non elegiſſet. Electum eligit, ſi reſpondet muneri. Unde dicit: *Elegi te, & non abieci:* Stephanuſque à Numine ſignatur *electus quem elegit*, in quo Deus ipſe complacuit, quin inſtitutæ electionis pœniteret, dum prædeſtinavit primum Martyrem, in fidei propagationem; quoniam ut ſemen electum (innumerabilium martyrum copioſà meſſe, ſanguine fuſo lapidibus) Protomartyris reſpondit electioni. Elucet Eccleſiæ adverſus Synagogam granũ electum; quippequam in fidei arvis, nec aliquando deſinet facere fructum.

Iſai. 42. 1. Septuagint. Novarin.

Cur dicitur electione electus, aliiſque præpoſitus?

Ierem. 2. 21.

Cur ſemen electum?

Iſai. 41. 9.

—— Primo avulſo, non deficit alter
Aureus, & ſimili frondeſcit virga metallo.

Virgil. 6 Æneid. v. 143.

5 Deinde. *Dedi ſpiritum meum ſuper eum.* Patet traditio, cùm Stephanus fulgeret plenus fide & Spiritu-Sancto, qui loquebatur in eo; quin poſsit reſiſtere adverſariorum malignitas, quos confundebat veritatis claritas. Iam tunc Chriſtus aſcenderat in aſtra: duratura diris certaminibus fidei pugna. Quid faciendum, dum caput Chriſtus Dominus in cœlum ſcandit? *Audite conſilium Domini, quod mente concepit.* Erit conflictus? *Ecce puer meus electus:* & quem elegi, ſuper quem meum ſpiritum poſui, ut eſſet primus in certamine, qui primus in electione; & ex eius ſanguine victores ſurgerent, qui de perfidis illuſtri palma triumpharent; quod quidem dignum admiratione, ſingulari novitate: equidem mirum ſpectaculo novo, quòd Protomartyri communicato divino ſpiritu; Chriſtus cognoſceretur caput Martyrum, Stephanuſque non ſo-